



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**  
**Coloniae Agr., 1684**

Ad Quæst. 17. & 19. Additio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

sub eâ degentem ad Text. in cap. cum Capella, vers. quo circa de privil. Lap. alleg. 11  
 num. 13. Tambur. de jur. Abb. disput. 15. quest. 7. num. 54. Chokier de jurisdic. in exam.  
 par. 1. quest. 13. num. 4. L. Otter. de re benef. lib. 1. quest. 24. num. 112. cum seqq. & signum  
 num. 118. Rota coram Seraph. decis. 1058. numer. 6. coram Penia decis. 462. num. 13. in  
 cent. decis. 324. num. 6. part. 7. & in Rossanen. exemptionis 7. Junii 1641. coram  
 rendissimo Salamantino, & illa etiam de jure communi liberat tantum à lege dicitur  
 sanâ, quæ consistit in recipiendo Cathedralico, decimis, & similibus, non autem à leg.  
 jurisdictionis circa subministracionem sacramentorum versantis, Chokier. ut supra  
 par. 1. quest. 16. num. 1. & par. 2. quest. 45. num. 12. Bellericini de Charit. subsid. quest. 21.  
 & 29. quæ propterea in subditos, extra propriam quoque diæcesim exerceri possunt.  
 Bonacc. de sacram. matrim. d. quest. 2. puncto 8. num. 13. & 14. Coniuc. eod. Tractat. de  
 put. 27. num. 22. Sanch. d. lib. 3. dispnt. 19. num. 19. cum aliis congestis per Barbof. de offic.  
 potest. Parochi par. 2. cap. 21. num. 58.

Ad Quæst. 17. & 19. *Additio.*

**D**E exemptionibus regularium latè vid. Pagnan. in cap. Quod super his num. 20.  
 & seqq. de majori. & obed. & in cap. Tuarum num. 10. & seqq. de privil. ubi pro-  
 bat privilegia omnium ferè regularium locum habere etiam in tribus cali-  
 bus exceptuatis in cap. Volentes de privil. in 6. De fratribus & sororibus tertii Ord.  
 nis idem agit in cap. Nullus. numer. 66. & seqq. de foro comp. & in cap. Omnis unusquisque  
 num. 64. de penitent.

Circa oblatos verò hodie attendendum est decretum Concilii Tridentini cap.  
 11. sess. 24. de reformat. quod ad hoc ut oblati religionum gaudeant exemptionis pri-  
 vilegio ultra oblationem plenariam requirit actuale servitium ipsius religionis, in in-  
 terminis oblatorum sacræ Religionis Hierosolymitanæ declaravit sacra Congrega-  
 tio, cujus declarationes recensentur à Barbofa de jure Eccles. lib. 1. cap. 39. §. 2. num. 44.  
 & vid. Rot. decis. 100. num. 17. & 18. par. 11. recent.

Ad Quæstion. 25. *Additio.*

**E**Xemptum habentem jus sibi ab alio non exempto cessum posse suo privilegio  
 uti, verius est inspecto jure communi, dummodo cessio bonâ fide & sine  
 fraude facta fuerit latè Roderio. de ann. redit. lib. 3. quest. 4. numero 43.  
 Cancor.